

IACOBI GOVRREI

IN FLORENTISSIMA ANDEGA-
VENSIS ACADEMIA LEGVM PROFESSORIS,
in constitutionem secundam C. de rescind. vend.
commentarij, quibus empti & venditi vsitata & utilis
materia, ac illius constitutionis elegans & frequens
remedium, abundè & dilucidè explanatur.



PARISIIS,

Apud Vincentium Sertenas, via noua diuæ Virginis,
sub S. Ioanne Euangelista: Et ad Palatium
Regium, via Cancellaria.

M. D. LXII.

CVM PRIVILEGIO.

IACOBI GOVARRI
IN FLORENTISSIMA ANTONIA
VBI ET ACADEMIA LEGVM PRINCIPALIS
IN CONSTITUTIONE SECUNDUM Q. DE RESCIS. VBI
COMMENTARIUM QUIDAM Q. DE RESCIS VBI ET VBI
M. DE RESCIS VBI ET VBI
RESCIS VBI ET VBI

AD BENEVOLVM
LECTOREM.

HOs quos in tui gratiam conscripsi commentarios, benevole
Lector, quaeso equi bonique cōsule: quod si feceris, me mea-
rum vigiliarum fructum vberrimum assequutum fuisse putabo:
ac me ad maiora, & exactiora in tui gratiam attentāda prom-
ptiorem & paratiorem reddes. Bene Vale.



LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF VIRGINIA
CHARLOTTESVILLE, VIRGINIA
M. D. C. L. X. I. I. I.
CVM PRIVILEGIO



ILLVSTRISSIMO ET AMPLISSIMO
FRANCIÆ CANCELLARIO

D. MICHAELI HOSPITALIO,

Iacobus Gourreus S. P. D.



SO LENT, illustrissime & amplissime Cancellarie, ij
qui lucubrationes suas in publicum emittere decreuerunt,
clarissimū & summa dignitate resurgētem virum aliquem
deligere, sub cuius clarissimo nomine eas divulgari sinant,
vt quæ illi compillarunt, summi viri auctoritate subnixæ,
maiores apud omnes incant gratiam. Cū itaque superio-
ribus temporibus singularem & vsu frequentem Imperato-
ris constitutionē, rem maiores precij C. de rescind. vend. meis
auditoribus interpretatus fuissē, illorumque suasis & assiduis efflagitationibus
impulsus, quæ in illius interpretatione dixeram, in lucem emittere statuissem: hos in
dictam constitutionem (quæ lucubrationum mearum primitiæ sunt) commentarios
tuæ excellentissimæ auctoritati, illustrissimoque nomini tuo offerre, & dicare decreui.
Neque enim quisquam alius dignitate, & exquisita eruditione te prestantior occurrere
poterat. Clarissimi siquidem nominis tui memoriam æternitas intuebitur, posteritas
alct, & nulla vnquam delebit obliuio, & vt breuiter me explicem, tot tantisque vir-
tutibus ornatus es, & instructus, vt eas neque dicendo complecti, nec cogitatione asse-
qui valeam. Is enim virtutum tuarum splendor te ad summum illud dignitatis (in
qua collocatus es, & constitutus) culmen euexit. Cæterum me propemodum ingenij
exiguitas me ab incepto auocabat, non sum siquidem nescius, nihil à me tale afferrī pos-
se, quod tua summa auctoritate ac dignitate dignum sit. At me hesitantem huma-
nitatis beneuolentiæque tua in omnes, quæ me superiori anno benigne excepisti, excitauit.
Itaque ornatissime & dignissime Cancellarie, quæso hoc munusculum æquo animo exci-
pere: nec aspernari digneris. Quod cū me affectum fuisse censerō: me perpetua bene-
ficij memoria tibi deuinctissimum reddes, ac meam qualemcumque industriam tua
beneuolentia excitabis.

A ij



ANTEQVAM AD ID QVOD

*institui deueniam, primùm Dei omnipotentis
auxilium supplex imploro.*



VM rerum difficilium co-
gnitio haberi facile non
possit altiùs paulo re non
repetita: (præfationes liqui-
dem rei quæ sequitur, eui-
dentiorem præstant intelle-
ctum ^a) quædam præfabor,
ne illotis (quod aiunt) ma-
nibus, seu ex abrupto id

*a l. i. ff. de orig.
Iur. l. argentaria-
rius. s. i. ff. de
edend.*

quod agitandum suscepi pertractem. Quamobrem a-
nimaduertendum est, totum ius ciuile in hæc quatuor
potissimum reuolui, vt vel ad iudicia, vel ad vltimas
voluntates, conuentiones, atque etiam ad criminum
materiam referatur: id ipsum quod aggredior, eam par-
tem respicit, quæ ad cõuentiones pertinet. At cùm iuri
operam daturum nosse oporteat vnde nomen iuris des-
cendat ^b: rem ab ipsis initiis repetamus. Primùm ^c enim
quis sit hic empti & venditi contractus, de quo præsens
est noster sermo, qualis sit, vnde originem traxerit, quæ
ex illius sint substantia, & natura, perpendam: deinde

*b l. i. ff. de iust.
& iur. l. i. ff. de
reb. cred.*

*c Breue cõpen-
dium huius in-
stituti.*